



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

14. Maij. Pridie Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

372 ANNI CISTERCIENS.
ribus mortua est: sicut inutiliter quo-
q; flos apparet, ubi non sequitur fru-
etus.



14. May. Pridie Idus.

Passi **S**ANCTI MARTYRES A U L A E - REGIA
circa in Bohemia: qui ab hereticis inter-
annum cepti, & in Tilia arbore suspensi, novo
1425. victoriæ ornamento, tilijs pro palma
coronati, evolâstis ad sidera. Cujus
Foliati vestri triumphi perennem memoriam
liae pro- conservat arbor, in qua pependisti,
digiosa. ejus folijs in hodiernam usque diem
capucij monachalis formam referenti-
bus. Posset heresis insaniam suam in
continuo à tot annis prodigo erubescere, nisi infernali collyrio dementari,
quàm veritatem mallet agnoscere. **Vos,**
Capu- **o sancti, orate, ut hoc capiis tegumentum,**
cium **vel sola antiquitate venerandum, si mihi**
mona- **galea salutis; humilitatis (quam prima-**
ticum. riò repræsentat) insigne; scutum religiose
disciplinæ. Ac veluti coronam verticis te-
gere solet, ita me juret ad promerendam
in cœlesti patria promissam Christum se-
quentibus coronam.

Floruit B. PETRE: quem Catalaunum
anno mundo dedit, BERNARDUS verò è
mundo

1173.
mundo ad Claramvallem rapuit. Ide
sanctus Doctor suas tibi virtutes tam
altè impressit, ut pluimis post ejus o-
bitum annis in te, tanquam vivacissi-
mo speculo reluxerint. Superstes erat
tunc in filijs BERNARDUS: quo-
rum etsi ingentem numerum reliquit;
tu tamen cum paucis aliquot singula-
riter eminebas. Spectaculum erat mi- Felici-
rabile mundo, Angelicis dignum ocu- tas Cla-
lis ea tempestate Claravallis: quando raval-
longus seniorum ordo chori subzellia lis.
non tam candore vestis, quām vene-
randa canitie decorabat; & in tanta æ-
tatis, indolis, natalium diversitate, u-
na erat omnium similitudo morum,
idem proficiendi ardor, eadem disci-
plinæ regularis, ubique perfectissima,
observantia. Et, quod exsuperat læti-
tiæ omnem sensum, dum ad omnes se
extendebat dulcissimi Parentis vatici-
num promissum: Neminem ex toto fi-
liorum cœtu ab æterna felicitate ex-
cludendum. Speculum hoc magnorum Specu-
sanctitatis exemplorum, quæ tu in Ber- lum ex-
nardo imitatus es, in ejus tuaque vita eti- emplo-
am mihi proponitur. Tu modo imitandi u- rum
nam mihi gratiam impetra: ne vivam ve-
lut homo, considerans vultum nativitatis
suæ in speculo, mox, quæ viderim oblitus;
sed sæpe me alloquar, ut seipsum


Q 7

S. Ber-

374 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. 55. in Cant.

Judici-
um de
scipso. *Judicabo mala mea, judicabo & bo-
na. Mala melioribus curabo corri-
gere actibus, diluere lacrymis, puni-
re jejunijs, cæterisq; sanctæ laboribus
disciplinæ. In bonis de me humiliter
sentiam; & juxta præceptum Domi-
ni, servum me inutilem reputabo, qui,
quod facere debui, tantum feci.*



15. May. Idibus.

*Obiit
anno
1618.* B. MARGARITHA, Vallis Rosa-
rum monialis: quæ à sæculi vanita-
te ad DEUM toto animo conversa,
humilitatis operibus, & perfectionis
omnimodæ studio te continua exerci-
tatione addixisti. Raptus frequentes
experta, beatissimæ cœlorum Reginæ
præsentiâ fruebaris; spiritu etiam pro-
phetico clara. Cumque extema ægri-
tudine laborares, & inopinata paraly-
*so sub
mortem
facto.* si Abbatissa miserè cruciaretur; tu pol-
lita es, te illi statim à morte solpita-
tem integerrimam de celo allaturam.
Quam verò compendiosum eò iter ha-
bueris, eodem penè momento secuta
promissi veritas fidem fecit. Ferale ma-

lum